cū tuū v' vicinū tuū volentē peccare. v' si iā peccauit. voca eū ad p'ē dulcē dicendo sibi **T**alis fama ē de vobis. ideo amore dei corrigat' vos. **E**cce h' vnguētū sanatiuū. **A**uctas. **V**isit' s' b'ū suū z sanauit eos. et eripuit eos d' interitōib' eoz. ps. cvj. **N**ota. **V**isit' s' b'ū suū. qz qdlibet s' b'ū correctiuū mittit a deo p' illū mittz p' quē d'. **V**isit' g' verbū. s. p' os cor rigētis. z sanauit eos de interitōib'. i. de piculis mortis. **A**uisent' hic correctores. q' h' vnguētū ponat' ad instar vnguētū corpal'. qd' ponit' dupl'r. s. calidū z suauit' zc. **S**ic etiā qn' ali q's ē vulnerat' ab aliquo pctō qd' credit eē oc cultū. et tū oēs loquunt' dicēdo. **D**ite ribal dus vel illa meretrix. **T**u q' vis apponere vnguētū correctōis. calefacias igne cbaritat' nō cū supbia: dicendo. **V**enite qz ego cogno sco vos. qz frigide poneret. nec pficeret. **I**ō ibs xps dicit ei. **S**i peccauerit i te. i. te vidē te. frater tu'. corripe eū inter te z ipm solū. si te audierit. lucratur' eris frēm tuū. **D**at' h. xvij. **I**sto mō vir d'z corrigere vxorē zc. **S**cōdo q' ponat' suauit' z dulcē. qz als nō h'et patientiā defect' vxoris. nō cū baculo nec aspere dicēdo. tu putana zc. **I**dem faciat vxor de viro qn' ipm videbit letū. **I**dē faciat p' corrigēdo filios. z amīc' amīcū. **I**ō apl's. **F**rēs. si p'ocupat' fuerit hō i aliquo delicto. vos q' spūales estis. hmōi instruite in spū lenitatis. **A**d Gal. vj. **S**ed sūt aliq' vulnera q' vnguētō nō pnt' sanari. iō scindūt a barbitonforib'. **S**ic etiā ē de pctis publicis et notorijs. **I**ō rectores debēt abscindere p' ordinatōes zc. **I**deo apl's. **U**tinā et abscindant' q' vos cōturbant ad Gal. v. **D**im' et pctis notorijs tota cōmunitas cōturbat' et destruit'. **D**ico sexto q' s' b'ū dei d'z lumē in doctrinali p'dicatōe. **R**atō qz in factis dei tot' mund' est tenebrosus de se. **P**hi em' qui tūm credebant scire de deo. solū sciuerūt vna cōclūsiōne. s. q' v' est de' vna prima causa. v' nū p'mū pncipium seu motor. **H**ō p' scit de deo vna vetula sciens **C**redo in deū. in quo sunt duodecim cōclūsiōnes fidei catholice. **E**t ista sciētia v' habet a verbo p'dicatōis. **I**deo verbū dei d'z lumē. quia null' intellect' creat' poterit p' se scire secreta fidei nisi p' reuelatōem. **I**deo apl's. **F**ides est ex auditu. audit' autē p' verbū dei. ad Roma. i. **D**ulti autē ambulāt in tenebris. qz nō audierunt verbū dei. vel qz nō p'dicat' eis verbū dei. sed **Q**uidij. virgilij zc. **I**ō gentes sunt in errore circa agenda et credenda. **V**erbi g'

tia. **Q**not hoies sunt qui credunt. q' mutua re ad vsurā nō sit pctm' mortale. faciētes rōez **N**ūquid de mea pecunia de q' ille fuit sibi zc **S**ed fundamentū ē falsum. **E**t qd' pctm' eēt si thesaurari' regis s' voluntatē regis dispen sare pecunias. **S**ic xps est rex z dñs omnīū bonoz cui habem' reddere rōem. **I**psē em' p' cipit ne mutuem' ad vsuraz. z ne res vendat' p' rōne dilatōis solutōnis. nec min' p' denarijs p'mptis. **S**il'r etiā p'hibet. ne mutuem' sup possessiones. et interim recipiam' fruct'. **I**te p'hibet obligatōem volūtatis p'pter mutū. qz vsura est. **E**cce lumen verbi dei. **I**te quot sunt q' credunt q' simplex fornicatō nō sit pctm'. dicēdo. cui facio iniuriā zc. **S**z cui sit iniuria q' cū filia regis zc. etiam dato q' sibi placeat et tibi. iniuria sit regi. nisi det tibi i vxorem. **E**cce quōd verbū euangelice p'dicatio nis ad modū lumis viā agendoz ostendit. et in semitis credendoz dirigit. **I**deo ipse **D**auid. **L**ucerna pedib' meis verbū tuū. z lumē semitis meis. ps. cxvij. **D**ico septimo q' b'ū dei est cibus in spūali orōne. **E**t nō. hic pul crā declaratiōez cōmunē. **V**idēt q' de' super omnē creaturā dilexit hoiem. **A** principio eī defect' maximā multitudinē angelozum. q' sunt substātie spūales. **D**einde fecit maximā multitudinē creaturaz corpalium. **E**t dein de fecit hoiem in quo vniuit totum. s. creaturam spūalē vt aiām. et corpalē vt corp'. **A**ngelis autē solū dedit cibum spūalē. aialibus cor poralē. **H**omi autē dedit cibū duplicē. cor poralē ad sustinendū corp'. s. panē. vinū. carnes et fruct' zc. **E**t spūalem. ad sustinendū aiāz. s. verbū dei quo anima reficit. qz nō in solo pane viuūt hō. de hoc viuūt corp'. sed in omni s' bo qd' pcedit de ore dei. **D**at. iij. **E**t ideo sic ordinare bis in die reficit' corp' cibo corpora li. ita bis in die reficienda est anima. s. de mane orando. dicat' modus. **E**cce prandiū anie **I**dē in sero. **E**t sicut non traditis obliuioni prandiū vel cenā corpis. ita nec etiaz debet' tradere obliuioni prandiū v' cenā aie. dicen do **P**z noster. i quo sunt. vij. peritōes q'si. vij. vncie panis regis. s. xpi. quia ipse pensauit eū et fecit. **P**or' est aue **M**aria. **B**ona societas **P**ater noster. **A**ue **M**aria. **F**erculū est **C**redo in deum. in quo sunt duodecim articli q' si duodecim frustra carnis. **I**ō d'. **I**nnētī sūt sermones tui et comedi eos. et factū est mibi verbū tuū in gaudiū et leticiam cordis mei. **M**iere. xv. **N**ota inuētī sunt f'mones. s. orōis

Sermo. II.

In cibo ordis ē parat⁹. nō oportet ponere nisi ore ad comedēdū. z sic aia impinguat. **Jō** David. Sic adipe z pinguedine repleat aia mea. z labijs exultatōis laudabit os meū. in ps. lxxij. Deo gr̄as. **Sermo. ij.**

Cecidit cecidit ce

Cecidit cecidit. Verbu istd colligifet euāgelio. currēt dñice. z Luc. viij. Sermo n̄r erit de defūctis. Sz vt materia sit deo acceptabil⁹ z gr̄osa. z nobis meritoria z pficua. añ oia salutef s̄go maria. **Alti** vestrū mirant forte. vñ h̄b̄ thema. Dico q̄ colligif et euāgel. dñice currētis. in q̄ q̄druplicif d̄r cecidit. Et p̄mo cū d̄r. cecidit sec⁹ viā. **Secūdo** cecidit sup̄ petrā. **Tercio** cecidit int̄ spinas. **Quarto** cecidit in terrā bonā. **Ecce** tota pabola euāgelij. vbi q̄ter d̄r cecidit. **Unde** betis scire q̄ i sacra scptura mors hoīs d̄r cadere. qz q̄ mortif cadit. s. de honore. amicis q̄ tūcūqz sit magn⁹ dñs. **Itē** cadit de pulcritudine in turpitudinē. qz licz viū fuerit pulcer mortu⁹ efficit turpis. intm̄ q̄ est terror ipsuz videre. **Item** cadit de magnis diuitijs i magnas miseras z paup̄tates. qz secuz solū trahit lintheū. **Tercio** cadit de amore in odiū. qz statim p̄icit de domo z ponitur sub terra. **Quarto** cadit de vita in mortē. **Jō** mors est cadere. sicut arbor nuc⁹ seu alia plena fructibus. et oēs volūt de ei⁹ fructibz. **Sed** quando securi scindit z cadit. despiciit. qz cadit de magna altitudine. z pdit fruct⁹ et folia. **Sic** ē de hoīe diuite seu honorabili q̄ viū honorat. ppter fruct⁹ diuitiaz. sed qñ securi mortis scindit z cadit ad terrā. statim despiciit. **Jō** de h̄ ē auctoritas q̄ loq̄tur in p̄sona moriētis. **Si** ceciderit lignū ad austrā aut ad aquilonē in quocunqz loco ceciderit ibi erit. **Ecc̄l̄s. xj.** **Sed** ē hic q̄stio. quare p̄sona p̄ pctō vni⁹ hoīe vel diei puniat eternaliter pena infinita si damnat. **Nā** bon⁹ iudex s̄m culpā debz dare penā. **Et** p̄cordat sacra scptura dicēs. p̄ mensura peccati erit z plagarū mod⁹. **Deut. xxv.** **Itē** alia de nouo testamēto. **Quantū** glorifit cauit se et in delicijs fuit. tantū date ei tormētū et luctū. **Apoc. xvij.** **Bona** est q̄stio. z multū errauerūt in ea. vt **Origenes.** s̄m q̄d̄ h̄c ronyū. z rō est. qz credunt q̄ sicut finit vita homis. finiat etiā pctm̄. **Ecce** fundamentuz erroris. z hoc venit ex ignorātia. qz imo magis tūc est obstinata in illo pctō volūtas peccantis. **Jō** dicit. i quocunqz loco ceciderit: ibi

erit. **Nota** exemplū de duobz quos vn̄l̄s punire de aliquo defectu. z vn̄ recognoscēs culpā suā hu milit⁹ petit veniā. p̄mittēs emēdam. statim remittit sibi. **Ali⁹** ho obstinat⁹ rebellat. ideo p̄cutit euz gladio. **Jdē** ē de pctōibz. **Ecce** quare d̄r. si ceciderit lignū ad austrū. **Quā** aut mors dicat cadere. auctas. ij. **Re. ij.** **Nū** ignoratis qm̄ princeps z maxim⁹ cecidit in israel. **Dixit** David de morte **Abner** de isto cadere. q̄ recepi thema dicēdo cecidit quat. **Ideo** qz quattuor sunt modi seu pditōes moriētū. **Ham** **Aliq̄** moriūt i pctō originali. iō d̄r p̄mo cecidit **Aliq̄** in pctō mortali. iō scdo d̄r cecidit. **Aliq̄** in pctō veniali. iō d̄r tercio cecidit. **Aliq̄** in gr̄a spūali. ideo d̄r quarto cecidit. **Primo** dico q̄ aliq̄ moriunt i pctō originali. vt pueri nō baptizati. ideo non p̄nt intrare gliam paradisi. **Quia** dixit x̄ps. b. **Johāni.** qñ sibi ostēdit gliam paradisi. **Nō** intrabit i ea aliq̄ quid coinq̄natū aut abominatōz facies. **Apoc. xxi.** **Pctm̄** originale ē quedā macula quā recipit aia i vtero mulieris. ac si rectorēs h̄ ville facerēt vnā imaginē vt poneret in templo. q̄ dū ducit ad tēplū cadit in luto zc. **Et** hoc peccato dixit David in ps. l. **Ecce** em̄ in iniquitatibz p̄cept⁹ sum: z i peccatis p̄cepit me m̄r mea. i. in pctō originali. **Et** ponit ibi plurale p̄ singulari. **Nota** pctm̄ originale ē vnū numero in vno homie. sed in omibz est vnuz specie. vt dicit. **s. Tho. p̄ma** scde. q. lxxij. ar. ij. et dist. xxij. q. j. ar. ij. **Est** tñ etiā in vno hoīe pctm̄ originale multiplex s̄tute. qz s̄tualiter p̄tinet om̄ia peccata. vt dicit. **s. Tho. p̄ma** scde. q. lxxij. ar. ij. ad scdm. **Sic** igif p̄z quōd verbū David intelligendū est cū dicit. **Ecce** em̄ in iniquitatibz cōcept⁹ sum. loq̄ns d̄ peccato originali in quo pueri concipiunt. **P̄o** pter h̄ nisi lauent⁹ baptismo. nō p̄nt intrare paradisum. **Ideo** d̄r. **Amē** amen dico vobis. nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua z spū sc̄to. nō p̄t intrare in regnū dei. **Joh. ij.** **Ideo** debetis eē diligentes vt pueri baptizentur ne cadāt extra gliam. h̄ ē in lymbo pueroz. **Nota.** oēs tenētur ad baptisimū. z sine eo nō p̄t esse sal⁹ homibz vt dicit. **s. Tho. ij.** pte. q. lxxij. ar. j. z. iij. di. vj. **Itē** pueri baptizatoz debent baptizari. **Et** etiā si modo aliq̄ sanctificarent in vtero necesse esset eos baptizari. vt p̄ susceptōez character⁹ alijs mēbris x̄pi cōformarēt. **Hec** sanc⁹ **Tho. ij.** pte. q. lxxij. ar. j. in solutōnibz secūdi z tercij argumētōz. **Itē** ibi. s. ar. ij. di.

Dominica in. lx.

cit. et pbat q null' pōt saluari sine baptismo i actu vel pposito. **D**icat quō sunt q̄tuor do/ m'i corde terre. **P**rima ē inferior. et ista ē infer/ nus dānatoz. **S**ecōda ē loc' purgādoz. **T**er/ cia ē lymb' pueroz. **Q**uarta ē sin' p̄m sctōz
In lymb' hic cadūt pueri q̄ moriūt cū pec/ cato originali solū. siue sint filij xpianoz siue infidelii. et nō habēt ibi nisi solā penā damni
De hoc. **f. Tho. ij. sc̄p. di. xxxij. q. ij. ar. ij. dist. xij. q. ij. ar. j. iij. di. xvj. q. j. ar. ij. q. ij. tertia pte q. j. ar. iij. ad sc̄dm. Et dicit. f. Tho. in. ij. sen. q̄ disputant inter se et stant lete. **N**ie separe cū solo peccato originali cognoscūt omnia natu raliē cognoscibilia a rōne. et multa alia. **D**icit san. **Tho. ij. dist. xxxij. q. ij. ar. ij. iij. dist. l. q. j. ar. j. ad. vij. Itē de malo. q. v. ar. iij. Habent em̄ claritatē intellectus. sed nō glorie. nec dis plicet eis. nec tristant. sicut nec tu habes tri/ sticiam. quia nō es rex Aragonū. quia nō de bet tibi. vel quia nō habes alas ad volandū. **I**dem est de illis pueris. **I**deo dicit. **A**udite s̄/ bum istud. q̄ ego leno sup vos planctū. **C**ecidit et nō ad̄sciet vt refurgat virgo isrl. pie/ cta est in terram. nō est q̄ suscitaret eā **A**mos. v
Nota planctū. quia mortua est creatura sine baptismo. **N**ota ḡ quō est magnū peccatum quādo mulieres cuiusuis sint stat' occidūt ples ne peccatū sciat. et p̄tra apothecarios q̄ dant medicinas vt moriant. **I**deo dicit. vir go israhel. **I**llaz animā vocat virginē. eo quia nunq̄ p̄sensit in aliquo pctō. et piec̄ta ē in ter ram. **f. in lymb'.** **E**cce p̄mū cecidit. **D**ico se cūdo q̄ aliq̄ moriunt in peccato mortali qui dure puniunt. vt religiosus qui nō tenet suā regulā. nec vota que iurauit. vel p̄byter qui nō viuit caste. vel laic' q̄ nō est obediēs deo nec p̄ceptis eis. vel q̄ nō seruat castitatē. naz tales moriunt in pctō mortali. et vadūt ad in fernū dānatoz ad cētū milia diabolos. **I**do de talib' dicit. **A**n ignoras qm̄ benignitas dei ad p̄niam te adducit. **S**ec̄m duriciā aut tu am et cor impenitēs thesaurizas tibi irā i die ire et reuelatōis iusti iudicij dei. q̄ reddet vni cuiq̄ s̄m opa ei'. ad **Ro. ij. No. o miser pecca tor. an ignoras te esse in peccato. et benigni/ tas dei ad p̄niam te adducit. qui tamē ad pe nitentiā noluit adducere angelos peccātes. **S**ed immediate s̄ eos facta fuit executio. et hoib' dat spaciū p̄nie. **S**ed qm̄ nolūt p̄uerti qm̄ moriunt cadunt i inferno. **A**nctas cuz se cretis. **Q**ui ceciderit sup lapidem istum con fringet. sup quem s̄o ceciderit conteret eum******

Dat. xxj. **D**ico tercio q̄ aliq̄ moriunt in peccato veniali soluz. **I**deo dicit tercio cecidit licet fecerunt multa peccata mortalia tamen fecerunt p̄niam: sed nō condignaz. **I**sti tales quādo moriunt nō statim vadūt ad paradisuz. nec ad infernū etq̄ cōfessi fuerunt. sed vadūt ad purgatorii. qd̄ est dom' plena ignis q̄ vir tute diuina cruciat aias magis q̄ si aia esset in furno ardenti. **N**ota dicit. **f. Tho. in. iij. di. xvj. q. j. ar. j. q. iij. et. ij. pte. q. xvj. ar. vj. ad. f. ciū. q̄ minima pena purgatorij ē maior q̄ ma/ xima hic. **E**t pena purgatorij semp̄ taxat s̄m quantitatē peccati. vt dicit. **f. Tho. in. iij. di. xx. quia tm̄ est ad soluendū peccatū. **E**t pena purgatorij purgat illa reatu p̄ne in soluend' do penam. vt dicit. **f. Tho. iij. di. xvj. q. j. ar. iij. q. ij. **E**t ideo dicit. **S**i quis supedificat sup fundamentū hoc aux. argentū. lapides p̄ci/ olos. ligna. fenum. stipulam. detrimentū pa tiet. ipse tamen salu' erit. sic tm̄ quasi p̄ ignem. j. ad **Coz. iij. No. si quis supedificat sup fun/ damentū hoc. f. fidei. quia ad purgatorii nō vadūt nisi xpiani q̄ stant supra fundamentū fidei. sed edificauerūt ligna. fenum. et stipulā. i. pctm̄ veniale. **I**deo patiunt in illo igne **P**ro quo notandū s̄m. **f. Tho. iij. scrip. di. xvj. q. j. ar. ij. q. j. q̄ triplex differentia ponit peccatoz venialiū. **Q**uia quedā sunt grauissima in ge nere venialium et difficillime purgabilia. **E**t hec p̄ lignū signant. **Q**uedā minima que per stipulā significant. **Q**uedā media que p̄ fenum significant. **R**atio dictoz. quia venialia cha ritati adiuncta possunt p̄ aliquam penā cō/ sumi. **I**deo cōuenienter s̄m methaphorā si/ gnificant illis que p̄ ignē consumunt. **E**t qz quāto aliquod pctm̄ est grau'. tāto difficili/ us purgat. et in peccatis venialibus inuenit̄ alterz altero grauius. ideo p̄uenienter eoz di uersitas significat p̄ diuersitatem eoz. que fa cili' et tard' consumunt ab igne. **E**t quia p̄fe ctio cuiuslibet quantitatis ternario compre henditur p̄pter p̄ncipiū. mediū et finē. ideo tri/ plex differentia peccatoz venialiū. vt patuit ponit. **H**is dictis consonat beatus **A**ugu/ stinus. cui' verba magister ponit in. iij. dist. xxj. **D**icunt tamē doctores q̄ minima pena purgatorij est maior omni pena hui' mundi quod et sanctus **Thomas** concorditer tenet vt patuit. **N**ota p̄acticā quomō ania cadit in purgatorio de manib' boni angeli. **E**t di cit anima in purgatorio existēs. malicie dia/ boli. **N**e leter' inimica mea sup me. qz cecidi**********

Bermo. III.

supple in purgatorio. qz consurgā. supple pple
ta pnia. **D**ich. viij. Ecce terciū cecidit. **D**i
co quarto. qz aliqui moriunt in grā spūali pu
re. sicut sunt hoies vel mulieres. qz tenēt vitā
apostolicā seu spūalem. qz licet fecerint pecca
ta mortalia. tamen fecerūt dignā pniā. cō
fitent sepe z cōmunicāt z plorāt sua peccata
z faciunt magnas pniās. z lucrāt magnas
indulgētias zc. intm qz si ponerent in statera
diuine iusticie omnia bona que fecerūt z bo
na opa in vna pre z mala in alia plō pondera
rent bona qz mala. tales quādo moriunt via
recta vadunt ad paradīsum. z ascendunt ad
gloriam celestē. **E**t de istis dicit aplus. **S**ci
mus em̄ qm̄ si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ ba
bitationis dissoluat. qz edificatōez ex deo ha
bem⁹ nō manufactaz. sed eternā in celis. ij. ad
Coz. v. De qualibet tali aīa beata dicit in euā
gelio. cecidit in terrā bonam. **L**uce. viij. De
qua **Dauid.** Eredo videre bona dñi in terra
viuentiū. **L**auete ne cadatis d paradīso. **D**i
cit **Dauid.** Impulsus euersus sum vt cade
rez. z dñs suscepit me. **F**ortitudo meaz laus
mea dñs. et factus est mihi in salutē. in psal.
cxvij. **H**ora impulsus. s. in morte per diaboli
tentationes. sed dñs suscepit me. **Q**ui mittit
angelos suos zc. **L**aus mea. s. in aere ptra de
mones qm̄ dixi. **D**eo grās qui liberauit me d
tali peccato de quo ille pditor me tētavit zc.
dñs factus est mihi in salutem. quando dat
mihi gloriam celestem.

Bermo. iij.

Natus est mihi sci
mul⁹ carnis mee. ij. ad **Coz. xij.** **P**ro
hui⁹ verbi declaratōe est sciendū. qz
inter multa z magna mala z misērias huius
mūdi sunt duo. s. pmpuositas ad malum. z
difficultas ad bonū. **A**d malū at inclinamur
naturalit. **E**t iō dicit. **S**ensus ei et cogitatio
humani cordis in maluz pna sunt ab adole
scentia sua. **B**en. viij. **S**ed difficultas est qui
vult viuere sancte z ordinate. s. iuxta dei vo
luntatez. impedif z retrahif ab extra. s. carne.
Sicut em̄ equ⁹ qui de se est leuis impeditur
tñ a curru quē trahit. ita etiā anima qz de se ē
leuis ad currendū ad paradīsum. retrahitur
onere carnis. qd trahit et contradicit. **I**deo
apls. **C**aro cupiscit aduersus spm̄. spūs ad
uersus carnē. ad **Gal. v.** **M**ulti vellēt viuere
in humilitate z castitate z sic de alijs. sed im
pediunt a carne. **D**e hoc cōplangēdo se apo

stol⁹ dicit. **E**o delectoz em̄ legi dei fm̄ interi
orē hoiem. **V**ideo aut aliā legē i mēbris me
is repugnantē legi mētis mee z captiuantez
me in legē peccati. qz est in mēbris meis. **I**nfe
lit ego homo quis me liberabit d corpe mor
tis hui⁹. ad **Roma. viij.** **I**ō ex hac difficultate
aliqs dimittit bonā vitā. s. fm̄ interiorē ho
minē instigat ad vitā stuosā. quē admodū sti
mulat asin⁹ vt vadat. **I**ō apls de stimulo suo
dicebat thema. **D**at⁹ ē mihi zc. **P**tz ḡ thema.
Et inuentio in sacra scriptura. qz xps hz quat
tuor stimulos quibz diuinitus excitamur vt
vadam⁹ ad paradīsum.

Prim⁹ est dolor corporalis affligens.

Sec⁹d⁹ est doctor cordialis pungens.

Terc⁹ est timor iudicialis confignens.

Quarta est amor spūalis purgens.

De pmo singularit loquit̄ thema. dat⁹ est zc.
Dico pmo qz de bz stimulū de dolore cor
porali affligēte. ne. s. pigritemur i bona vita.
Sicut sunt infirmitates. dolores. paupertas
tes. fames. siccitates. mortalitates zc. **N**ō cre
datis qz de delectet in nris mal. sed rō pnci
palis nostraz afflictionū ex predeī ē reductō
exercitatioz p motio ad bonū. et tandē intro
ductio ad glām. **H**ora ad hoc similitudinē de
iumentō qd portat on⁹ qz nō delectabilē ver
berat a dño suo. sed si deuiat a recta via. tunc
pcutif. z ad viā reducitur p flagelluz. **S**i ho
nō deuanit adhuc cū flagello pcutif nō dele
ctabilē. sed vt cit⁹ vadat. z vltim⁹ pcutitur vt
currat. z tandē ad domū veniat. **S**ic etiam
via ad paradīsum ē bona vita. **H**ec via. am
bulate in ea. neqz ad dexterā neqz ad sinistrā
declinabitis. **I**sa. xxx. **S**z aliquoties hoies
deuiat ad dextrā amore pspitatis dimitten
tes bonā vitā. z faciūt d̄ dei mādata. vt ad si
nistrā timore aduersitatis vt fugiāt mala di
mittūt bonā vitā. **V**idens ḡ de qz iumentuz
suū deuiat a via recta. stimulat ipm̄ flagello
infirmitatis vel famis. doloris vel mortalita
tis qz tangūt carnē. vt dicat hō. **S**i ego essez
in via bone vite. nō stimuleret me. z sic redu
citur ad viā. conterēdo. pfitēdo z remittendo
zc. **S**i forte sit in via. sed vadit tarde. tepide.
z spaciose. stimulat etiā a deo. vt cit⁹ ambu
let p bona opa accelerādoz festinādo ad bo
nam vitā. meliorando se. s. cuz maiori seruoze
spūs. vt diligent⁹ faciat bona opa. **H**anc sti
mulatōem z silem tangit **Dauid** qz de se dice
bat deo. **V**t iumentū fac⁹ sum apud te. z ego
semp tecū. **T**enuisti manū dexterā meā. et in

Dominica m. lx.

voluntate tua deduxisti me: et cū glia suscepi
sti me. ps. lxxij. **N**ā dauid optime sentiebat sti
mulū dei. iō si erat extra vias. statim reduce
bat se ad viā dicēdo. **D**iserere mei deus zc.
Sed si iā erat in viā seruēti^o opabat. iō dicit
vt iumentū fact^o sū. **D**ic apparet defect^o nū. qā
nō possum^o dicere. vt iumentū fact^o sum. s; mi
nus q̄ iumentū. qm̄ iumentū si ē extra viā et
flagellat a dño suo: statim reducit se ad viam
Nā videt hīc rōem z cognoscere. q; ideo pec
tit a dño. q; ē extra viā. z tu q; p p̄ctā es extra
viā bone vite. z de^o flagellat te. z tu nō cogno
scis. nec ppter h̄ redīs ad vias. imo multi ex h̄
efficiunt peiores. ideo nō potes dicere cū da
uid. vt iumentū fact^o sum. sed min^o q̄ iumen
tū. **I**tē si iumentū sit i viā. z pcutit a dño. sta
tim meliorat passum accelerando. q̄si cogno
scat q; dñs ideo pcutit ipm̄. **E**t qm̄ tu hō vel
mulier a dño flagellaris. facis oppositū. nō so
lū nō melioras te. imo i corde tuo recipis in
dignatōem d̄ deū. dicendo malas grates zc.
Nōne videt vobis q; sum^o min^o q̄ iumentū.
De h̄ stimulo dicit apls. **N**e magnitudo re
ne. extol. me. i. extra vias tollat. dat^o est mihi
stimul^o carnis mee. angel^o sathane q; me cola
phizet. ij. ad. **C**oz. xij. **P**aul^o ē sup oēs morta
les. z habuit donū reuelationū. q; sicut ami
cus oñdit amico totā domū suā. ita xps ostē
dit paulo paradīsum z ordines angeloz z om
nia edificia paradī pl^o q̄s **J**ohi. intrātū q; dicit
Aug. q; oñdit sibi diuinā essentia. **P**aul^o em̄
in raptu vidit diuinā essentia. vt dicit serūs
Tho. i. pte. q. xij. ar. xj. in solutione ad secūdū
vbi sic dicit. q; sicut de^o aliquid miraculose
ac supnaturalit^o i rebus corporeis operatur.
ita etiā z supnaturaliter z pter cōmunē ordi
nē mentes aliquoz in hac carne viuentium
sed nō sensib; carnis vtentiū vsq; ad visiones
sue essentie eleuauit. vt dicit **A**ug. xij. sup **B**e
nesim ad lřam. z in libro de videndo deū de
Moyse. q; fuit mḡ iudeoz. z **P**aulo. qui fu
it mḡ gentiū. **D**ec. s. **T**ho. ibi supra. **I**dē di
cit in. iij. dist. xlix. z in de veritate. q. xij. z se
cūda sede in materia de raptu. **I**deo ne ma
gnitudo reuelationū eū extolleret. datus fu
it sibi stimul^o carnis. glosa verior dicit. q; iste
stimul^o fuit dolor lateris. s. pūctio. **S**i dicat.
hoc impediēbat eū ne ita cito ambularet sibi
auferendo ieiunia. p̄dicatōnes zc. **R**ūdeo. q;
apls p̄fictebat ex patientia illa z hūilitate do
loris. q; erat ita sanctus q; curabat alios in
firmos. z q; ita pateret patienter. **S**i g; apls

tam sanctus indigebat stimulo. quāto magis
nos peccatores debem^o paritēter sustinere fla
gella. **S**cds stimul^o est doctor cordial^o pū
gens. **I**ste est p̄dicator verbi dei. qui p aures
stimulat z pūgit cor vt ad deū veniat. **S**ec^o
est de p̄dicatore seu doctore curioso q; p̄dica
cat verba ornata. q; iste nō pūgit cor. sed so
lū aures. **S**z p̄dicator q; p̄dicat verba sacre
sc̄pture. pūgit cor supbi quādo reducit ad
viā humilitatis. vel auari qm̄ reducit ad viā
liberalitatis z misericōie restituendo. z sic de a
lijs. **D**e isto modo loquendi ad cor. dicit **I**sa.
Dicit dñs deus vester. loquimini ad cor: hie
rusalem z aduocate eam. **I**sa. xl. **N**ota. loqui
mini ad cor. nō dicit ad aures ipsas demul
cendo ricinis seu verbis poetaz. **H**ierusalez
dicit hie anima. **D**e isto stimulo auētas. **V**erba
sapientiū sicut stimuli. et quasi clauī in altuz
desiri. que p magistrōz consiliū data sunt a
pastore vno. **E**ccl̄s. xij. **N**ota. verba sapienti
um. i. p̄dicatoz. **Q**uia sicut iuristevulgari
ter dicunt sapientes. quia sciunt leges vl^o ca
nones z allegatōes zc. faciunt fieri iusticiā de
receptis seu iniuriatis. ita p̄dicatores sacre
scripture faciunt iusticiā fieri. s. p̄niam pecca
toribus a diabolo deceptis. que est quedā iu
sticia p̄nialis. **P**nia em̄ est virt^o specialis mo
ralis. non theologialis. **E**t est pars iusticie
p̄mutatiue subiectiuave dicit. s. **T**ho. iij. di.
xij. z. iij. parte. q. lxxv. z sic p̄dicatores sacre
scripture faciunt iusticiā fieri peccatoribus.
s; p̄nitionē. **V**erbi gratia. **D**iabol^o vt sal
sus emptor modico precio emit animā pec
catoris. in qua emptione ē fraus vltra dimi
diū iusti precij. quando consulit homini vt
faciat vsuram. furtū. rapinam. vel q; retineat
sibi decimā vel alias res. z homo sibi consen
tit. tūc vendit diabolo. **I**deo quid debes fa
cere. venire ad iuristā leges scientēz canones
sacre scripture. z sic p̄dicator p̄dicandū dicit
q; debes facere restitūōes. si aliquid fuisti lu
cratus in ludo cum taxillis. **E**t hoc quando
tentauit vel decepit te diabolo^o auaricia. **S**e
cundo diabolus decipit de luxuria iuuenes
suggerens q; est magna delectatio. tu parens
sibi ad punctuz: gloriā paradī amittis. et
perdis omnia merita i puncto quādo tu cō
sentis sibi. q; p̄nū p̄ctm̄ mortale omnia bo
na opa mortificant. **D**e bonoz opoz mortifi
catisōe. vide. s. **T**ho. in. iij. dist. xij. **V**eni g;
ad sapientē in p̄dicatōe habebis p̄ritōem. et
statim oia p̄dita tibi restituent. **E**cce rō q̄re

Sermo. III.

predicatores dicunt sapiētes. **A**uctas xpi. **E**cce mitto ad vos pphetas. sapiētes et scribas. **D**at. xxiij. **S**ecūdo dicit. sicut stimuli. dicit qd pba p̄dicatores sunt sicut stimuli qd pungūt difficultatē ad bñ opandū. z quasi clau in altū defiri p̄ p̄nitatē ad malū. que p̄ mḡroz cōsiliū. glosa ordinaria. p̄phetaz. q̄stū ad verū testamentū. z ap̄loz. q̄stū ad nouū. data sunt a pastore vno. s. xpo. **T**ercius stimulus est timor iudicialis cōfites. i. clarificās. **I**n alia que multū retrahunt hoīem a malo z a pctō z c̄ccitāt ad bonū. est timor iudicij p̄ricularis vel generalis. ad qd oportet nos venire. z forte citū q̄ credamus. **I**ō debet qlibet intra se cogitare. vl̄ cogitando dicere. **V**ideam⁹ quē computū reddā deo de vita mea. et qd r̄debo xpo mibi dicēti. **E**cce qd feci pro te. videam⁹ qd tu fecisti p̄ me. **B**enedict⁹ erit qui tūc poterit dicere z r̄dere. dicēdo. **D**ñe ego erā in p̄b. sed amore z exēplo v̄zo sui humilitatē. z sic de alijs. **S**ed videaris de illis qd nihil fecerūt p̄ xpo. z hoc timore qlibet debz se a peccat⁹ custodire. **S**ed z hoc timore animalia irrationabilia vincunt nos. que a m̄ḡis z cupiscētis abstinet timore periculi. **V**erbi gratia. **C**anis licet famelicus abstinere. nec recipiet panē si dat sibi cū virga in capite. vel cū p̄ucto gladij. z nos min⁹ q̄ bestie nolūm⁹ abstinere a peccatis timore gladij diuine iusticie z damnatōis. immo despiciūm⁹. **I**deo d̄ pctōribz dicit **D**avid in ps. **N**isi cōuersi fueritis gladiū suū vibrabit: arcū suū retendit et parauit illū zc. **I**deo **D**avid orādo dicebat. **C**onfige timore tuo carnes meas: a iudicij em̄ tuis timui. i. ps. cxvij. **I**ste stimulus facit magnū bonū. **R**o. hic exemplū de vno iuvene qd somniādo fuit interrogat⁹ a xpo in iudicio. et subito ex timore cor⁹ fact⁹ fuit canus. i. albus. **I**sto stimulo **P**aul⁹ fuit p̄uersus. qz quādo xps sibi dixit. **S**aule saule dux est tibi p̄tra stimulū calcitrare. **A**ctuū it. **C**ui xps ostendit se vt dicit glosa. sicut stabit in iudicio. **P**aul⁹ statim tremēs ac stupēs dixit. **D**ñe quid vis me facere. **D**e isto ḡ iudicio cogitate: dicēdo. videam⁹ si ego mō morer qd esset de anima mea. quia tā malam vitam teneo zc. **C**irca p̄dicta nota. q. s. **T**ho. iij. parte. q. lvij. ar. vj. in solutōe ad terciū dicit. q. **P**aul⁹ in sua cōuersione vidit xpm cor poraliter. **Q**uare stimulus est maior alijs. s. amor spūalis v̄gens. **D**ñe ea que quis facit: facit ex charitate dei et p̄ximi. solo puro amo

re facit. dato qd nō eēt infern⁹ nec aliqua alia pena. sed sicut philocapri qd stulto amore per dūt somnū et potū et cibū. **S**ic etiā de illis qd sunt ita philocapri de deo. qd amore ei⁹ per dūt somnū vigilādo in om̄ibz p̄dūt cibuz et potū ieiunādo. z laborant p̄ bona opa. **I**sto stimulo purgebant apli et xpi discipuli. quia nō timore. **H**am p̄fecta charitas mittit foris timorē. immo exponebāt se periculis aduersitatibz p̄dicādo fidē xpi in honorē dei et saluatōem animaz dicentes. **C**haritas dei v̄get nos. ij. ad **C**oz. v. **D**e isto tumulo dicit auctoritas sacre sc̄pture. **Q**ui tenet aratrū. et qd gloriat in iaculo. stimulus boues agitat. et cōuersat in opibz eoz. **E**ccl. xxxvij. **F**lora qd tenet aratrū **A**ratz est lingua p̄dicatores arās terrā cōscientiaz vt faciat fructū. puocando superbū ad humilitatē. auaz ad misericordiā et liberalitatē. z xps tenet eā in manu sua. qz al̄s nullus posset fructuose p̄dicare. **D**ominus est animū p̄parare. s. legēdo. studendo p̄templādo. et dñi ē gubernare linguā. **P**rouer. xvj. s. p̄dicando. **I**te qui gloriat in iaculo. s. virga que est scriptura. **E**t sumit p̄ auctoritate seu potestate regali. z ideo d̄z. **L**on surget virga de israel. et percutiet duces **D**o ab **H**umeri. xxiij. **N**ullus rex potest gloriari iaculo. quia vicem gerentes et officiales xpi solū sunt: nisi solū dñs **J**esus xps. qui habet auctoritatē et potestatē regale. **Q**ui stimulo sui amoris boues agitat. s. potētes in potentia et scientia p̄fectos. quia oues. i. simplices tribz p̄ximis stimulis agitant.

Dominica in sexagesima.

Sermo. iij.

Exist qui semiat se
eminare semē suū. **L**uc. viij. **I**n p̄nti sermōe cogitauit tenere modū quez tenēt isti magistr̄ domoz (notabil sermo) qz volūt edificare vna magnā domū seu turris p̄mo ponūt fundamentū forte. taliter qd edificū nō potest cadere vento vel pluuiā nec terremotu. deinde edificāt cameras ad habitādū. **S**ic volo facere nūc in isto sermōe. p̄mo ponā fundamentū. z forte pl⁹ q̄ celū nec terram. s. verbū dei. i. hystoria euāgelij. de qd dicit xps. celū z terra trāsibūt. verba autē mea non trāsibūt. **L**uc. xxi. **E**t posito isto fundamento edificabo plures cameras. s. intelligētias spūales in qbz habitent aīe nostre p̄templādo. **D**icat breuiter hystoria euāgelij ad iſtam

Dominica in sexagesima

Ecce fundamentū positūz. de quo ap̄ls. j. ad **Loz. iij.** Fundamentū aliud nemo p̄t ponere p̄ter id q̄d positū est. quod est x̄ps ielus. glo. **Fides iesu christi.** **S**up isto fundamento edificabo tres cameras. i. tres intelligenti as sp̄uales. p̄ animabz nostris.

Prima vocat anagogia. i. supnaturalis. q̄ est de mundiāli creatione.

Secunda vocat allegoria vel figuralis. q̄ est de humana redemptione.

Tercia vocatur tropologia vel moralis q̄ est de euangelica p̄dicatione.

Dico p̄mo q̄ p̄ma camera vocat anagogia ab ana q̄d ē sursum. z goge ductio. i. sursum ductio. q̄d ē q̄n facta vel dicta i sacra scriptura exponunt de his q̄ speram̄ in celesti glia **D**icit aut̄ p̄ma ps euāgelij. **Exijt q̄zē. Ro. Exijt de us i mundiāli creatōe.** **C**reare p̄t dici seminare. **R**atio. q̄m̄ sicut agricola seminās semina p̄ diuersos sulcos vel agros siue areas: mittit semē suūz. sic z de^o. **L**ogita q̄ tot^o mūd^o sit quasi vn^o camp^o quē de^o seminauit p̄prio sanguine z nō de alieno. **E**t p̄mo seminauit i celo nouē sulcos. i. nouē ordines angelozū de puro semine. s. substātijz sp̄ualibz. p̄m^o sulc^o q̄ ē in ingressu celi empirei vocat angelozūz. secund^o archāgelozū. terc^o p̄ncipatūz. quartus potestātūz. quint^o virtutūz. sext^o dñationūz. septim^o thronozū. octau^o cherubin. nonus seraphin. **E**t in quolibet sunt tot milia milium. **D**einde descēdēdo seminauit celū cristallinū. q̄d als d̄r aqueū. a philosophis s̄o vocat primū mobile. in quo nō sunt stelle. **D**einde descendēdo in sulco firmamenti seminauit stellas. s. solē. lunā zē. **I**tē descendēdo seminauit elemēta pura. s. ignē cū suis qualitātibz. aerē cū auibz. aquā cū piscibz. terrā cū animalibz. plantis z homibz. fontibz z metall. **E**cce quōd creare d̄r seminare. **E**t possumus dicere. **D**omine. nōne. i. imo. certe. bonū semē seminasti in agro tuo. **Mat. xij.** **D**e hoc dicit tbema. **Exijt q̄ semināt seminare semen suum. nō semen alienū. Et iste est intellect^o anagogic^o. i. supnaturalis. **N**ota cū dicit. **Exijt seminare supple de^o creator. Sed vnde exiuit. Querūt aliqui vbi habitabat de^o ante mūd^o creatōez. **R**esponsio. q̄ añ mundi creatōez habitabat deus in secretissima camera eternitatis sue. i. qua etiā habitat modo. vbi sunt pater. filius z sp̄s sanctus. que ē camera maior celoz terra z toto mūd^o. nec p̄ se creauit mūdū. sed p̄ nobis ad habitandū. **D**e habitatiōe autē dei****

dicit p̄pheta **Isa. lviij.** **D**ñs excelsus et sublimis habitans eternitatē. vbi erat secretus z inuisibilis et incognitus ab omni creatura. **I**ō p̄pheta. **V**ere tu es de^o absconditus. de^o israel saluator. **Isa. xlv.** **E**xiuit autē de camera eternitatis in creatōe mundiāli. nō dimittēdo eternitatē. sed d̄r exire manifestando se. faciendo se cognoscibilē p̄ creaturas. sicut dicit p̄hs. q̄ virtus exiit ad extra p̄ opatōem. vt patet in ferro ignito si tangat. z radix d̄r exire extra p̄ germinatōem. q̄n in tpe veris exerunt flores zē. tñ nō radix nec arbor mouet se de eodez loco. **S**ic radix diuinitatis exiit ad extra ad ramos. s. ad creaturas p̄ q̄s cognoscit z manifestat tanq̄m p̄ effect^o zē **A**uctas **I**nuisibilia dei a creatura mūd^o p̄ ea q̄ facta sūt intellecta conspiciunt. sempiterna q̄z et^o h̄p̄. ita vt sint inexcusabiles. ad **Ro. j.** **R**o. inuisibilia dei. s. potētia. sapiētia. diuinitas. maiestas zē. **E**cce quare dicit. **Exijt zē. Sed nota. cū dicit q̄ q̄tuor p̄tes facie sunt de semē. quia aliud cecidit sec^o viam z p̄culcatū est. z volucres celi comederūt illud. **H**oc semē fuit **L**ucifer cuz suis sequacibz. s. mal^o angel. q̄d cecidit sec^o viā. i. deū. q̄ dicit. ego sum via. **Johā. xiiij.** **D**ic practice casū suū. **Q**ui cū videret se sup oēs creaturas excellentiorē s̄m **E**reg. voluit se deo parificari. z suū p̄ccm̄ reuelauit oibus angel. z multi sibi p̄senserūt de quolibet ordine. **B**oni autē. s. **M**ichael. gabriel zē. cuz alijs p̄tradixerūt p̄ter q̄d **L**ucifer cū suis cecidit d̄ celo in infernū. **C**ui dixit p̄pha. **Q**uōd cecidisti de celo lucifer q̄ mane oriebaris. corruisti in terrā. **Isa. xliij.** **U**nde sequit̄ in euāgelio. **E**t cōculcatū est. s. a bonis angelis cōtradicientibz. ipsum cū suis sequacibz de celo eijciendo. **E**t volucres celi. i. supbe elationes cordis. comederunt illud. i. destruxerūt irrepabiliter. in t̄m̄ q̄ passio x̄pi nihil eis p̄fecit. **A**liud cecidit supra petrā. z ortum aruit. quia nō habebat humorē. **H**ec ps fuerūt p̄t̄mi parētes. s. **A**dā z eua. **H**oc semē cecidit supra petrā. s. inobediētie comedētes de fructu verito. **E**t natū aruit. quia dicunt doctores q̄ adā ea die qua nat^o est de matre virgine. s. terra. que nondū fuerat corrupta aliquo peccato. aruit. i. peccauit. q̄ nō habebat humorē. s. gr̄e dei. nec charitatē. nec deuotiōis. q̄ viuificāt aiām rōnalē. **A**liud cecidit in spinas z sil^o exorte spine suffocabāt illud. **H**oc semē fuit totū gen^o h̄ūanū ab adā descendētū. q̄d cecidit in spinas. s. p̄caz penaltatū z multaz**

Sermo. III.

tribulationū. miseriaꝝ. necessitatū z ifirmita
tū. z simul exorte spine suffocauerūt illud. s. p
mortē corpale q̄ totū suffocat **S**ec̄ si adā nō
peccasset. Aliud cecidit i terrā bonā. z ortuz
fecit fructū centuplū. s. angeli boni q̄ steterūt
fortit. Qui post casum maloz angeloz ceci
derūt corā deo p̄yerā obediētiā. dicētes. Nō
ē equū q̄ creatura equiparet creatori. Et or
tū fecit fructū centuplū. s. glie p̄firmate. qz si
cūt mali angeli fuerūt humiliati. ita boni fu
erūt exaltati z p̄ grām cōfirmati. **A**uctoritas
Supbū seq̄tur humilitas. z humilē spū su
scipiet glia. **P**rouer. xix. **N**ota. supbū. s. luci
sez. sequit hūilitas z delectio. z humilēz spū
suscipiet glia. s. **M**ichael. **E**cce hic prima ca
mera p̄sonis speculatiuis z p̄emplatiuis.
Secūda camera vocat allegoria seu figu
ral. q̄ est de humana redēptōe. **D**icit allego
ria ab aleon qd̄ ē alienū. z gogē snia quasi ali
ena snia. q̄ndo vnū factū significat aliud cre
dendū in sancta fide catholica. z exponitur d̄
deo. **C**ū ergo dicit. **E**riit q̄ seminaret. allego
rice pōt exponi de incarnatōe filij dei. que po
test dici seminare. **N**ota. sicut ille q̄ semiat in
tēdit mltiplicare z fructū habere. p̄pter quod
eligit terrā bonā nō spinosam vel arenosam
nec petrosam. **S**ic fecit de p̄p̄ in filij sui in
carnatōe. qz licet i mūdo fuissent multe mlie
res sancte. tū vltra q̄nqz milia annoꝝ specta
uit terrā bonā. dignā z sanctā. s. **g**iginē **D**a
riā optime cultā. in qua nunq̄ fuit mala her
ba peccati in qua seminavit illud supbenedi
ctū semen. de quo **L**u. viij. **S**emē est verbum
dei. quod verbū caro factū est. **J**o. i. vt mul
tiplicaret. z fructū faceret inestimabilē sācta
rum p̄sonaz. quot apostoli. discipuli innūe
rabiles. martyres. doctores. confessores. vir
gines. innocētes. penitentes z continentēs.
Ecce ratio quare filij dei incarnatio d̄r semi
nare. **A**uctas. **S**imile est regnū celozum ho
mini q̄ seminavit bonum semē in agro suo.
Dat. xij. **N**ota in agro suo. s. virgine **D**a
riā. que semp fuit ager dei. **I**deo dicit spūssā
ctus. **T**ota pulchra es amica mea. tota pul
chra es. et macula nō est in te. **L**anc. iij. **D**icit
ḡ euangeliū. **E**riit. s. deus pater. **P**ro quo sci
endū. q̄ de pater a p̄ncipio mūdi vsqz ad fi
lij sui incarnatōem habitauit in domo rigo
ris iusticie clausus. i qua habitauit vltra q̄n
qz milia annos seruans iusticiā rigorosaz. in
tantū q̄ furto illi fructū qd̄ fecit **A**dam. fuit
ita rigorosus i iusticia. q̄ nunq̄ p̄misit. q̄ ali

qua p̄sona humana quātūcunqz bona. sācta
z amica sua intraret paradysum. **P**ater p̄mo
de **A**dā. qui post peccatū fecit magnā p̄niaz
q̄ diu vixit. s. nongentis. xxx. annis. **B**en. v. et
fuit mortu⁹ bon⁹ z sanct⁹ amic⁹ dei. etiā **E**ua.
tamē nō p̄misit eos intrare in paradysuz. im
mo descēderūt ad infernū. **I**dē de **A**oe. qui
seruinit deo nongentis z q̄nquaginta annis
Ben. ix. et sic de alijs. **Q**uod plangēs **D**avid
dicebat. **Q**uis est homo q̄ viuuit z nō videbit
mortē zc. quasi diceret. nullus. imo erat in
tantū rigorosus q̄ statim post pctm̄ vindica
uit se de peccatoribz. vt patz in diluuiō **B**en.
vij. **I**tē de sodoma z gomorra. **B**en. xix. **I**tē
de vitulo in deserto z de multis alijs zc. **S**z
in supbenedicta incarnatōe filij sui deus pa
ter exiuit de castro rigoris iusticie z intrauit
plateā latā dulcoris misericordie. **Q**uia mo
do si moriunt̄ pueri nouiter baptizati statim
recipit eos in paradysum. z inueniūt ianuā ap
tam. licet nunqz fecerūt aliquod bonū. **I**dez
de p̄fecte obediētibz. **I**dē de digne penitē
tibz quantumcunqz fuerunt magni peccato
res. **I**tē spectat modo ad p̄niam dicēs. **P**e
nitentiā agite. **D**at. iij. **E**cce quomō exiit
deus pater de castro iusticie seminare semen
suū **J**esum in agro vteri virginis. **S**ed
no. q̄ hoc semen cecidit quadruplicē. **P**ri
mo cecidit secus viā. s. in natiuitate. qz nolu
it nasci in palacio vel domo. sed sec⁹ viam. s. i
diuersorio seu stabulo. **D**ic quomō **J**oseph
cū **g**iginē grauida venit in bethleem. nec inne
nit hospitū. nec domū. nec hospitale in quo
reciperent. **V**ide hoc in sermone natiuitatis.
Sequit. **E**t conculcatū est. i. despectū a iu
deis. qui licet audierūt tot mirabilia natiui
tatis dei. claritate noctis zc. tamē timore **D**e
rodīs noluerunt ipsum recipe nec adorare.
Ideo d̄r in p̄sona **X**pi **I**sa. i. **A**udite celi z au
ribus percipe terra: quoniam domin⁹ locu
tus est. **F**ilios enutriui z exaltaui: ipsi autēz
spreuerūt me. **C**ognouit bos possessorē suū.
z asinus p̄sepe d̄ni sui. **I**srael autem me nō co
gnouit. **E**t volucres celi comederunt illud.
scz reges orientis. qui quasi aues cito vene
runt. z ipsum suppliciter adorauerūt. z cordē
aliter susceperūt tanq̄z deū creatorē z salua
torē mundi. **S**ecūdo cecidit supra petraz. s.
in sua cōuersatione. quia indei voluerunt ip
sum pluries lapidare. maxime quādo predi
cabat eis de sua eternitate. dicēs. **A**mē amē
dico vobis añq̄z ab: aā fieret ego sū. **J**o. viij.

Dominica in sexagesima

Tulerūt lapides zc. Et natū. si cordib; iude orū qñ incepit pdicare. crediderūt i eū: dicentes. **Hic ē heres.** **Dat. xxj.** Sed aruit. qz nō habuerūt bumozē deuotōis qz nō fecit ipos magnos dños z mgros. vt ipsi false expectabāt de messia. **Tercio** cecidit inter spinas. s. i sua passione. qñ fuit coronat⁹ corona spinaz in domo pylati z in cruce intra pphetiā salomonis. q̄ fuit tūc cōpleta. **Ego** sicut liliū in spinas. **Et** sic tandē spinosis dolo:ib; suffocātū est. s. p mortē. **Quarto** cecidit i terrā bonā. s. in sua tumulatōe qñ corp⁹ fuit positū i scto sepulcro. aia sō in lyngo sanctorū patrū. **Et** ortū. s. in resurgēdo. fecit fructū centuplū scz sanctorū pīm liberatōem z nām redēptiōnē. **Et** fuit ppletū qbū qd xps dixerat. **Amē** amē dico vobis. nisi granū frumētī cadēs in terrā mortuū fuerit. ipm solū manet. **Si** autē mortuū fuerit. multū fructū affert. **Jo. xij.** **Nota** qz xps compat se grano frumētī. iō dicit doctores. qz corp⁹ xpi nō pōt cōfici nisi de pane frumētī. **Nota** ipm solū manet. i. ipse solus fuisse saluus. **Si** autē mortuū fuerit multū fructū affert. qz oēs credētēs p mortē eius si voluerint salui fient. **Et** hec est scda camera p psonis deuotis q̄ possunt i hac habitare cōtemplando quomō de⁹ exiuit de domo susticie in plateā misericordie. z seminauit filiū zc. **¶ Tercia** camera vocat tropologia vlt moralis. que est euangelical⁹ pdicatio. **Predicare** est recte seminare. **Nota** iā videtis quō vita humana cōseruatur ex semine laboratorū. qz als nō possum⁹ viuere **Sic** etiā predicare est seminare triticū de grano noui testamenti vel ordeū asperū de grano veteri testamenti i agris pscientiaz nostraz. **Sic** em̄ cōseruatur vita spūal⁹ z fides catholica qz als iā vita spūalis et fides essent despectez perditē **Auctas.** **Nisi** dñs exercituum reliquisset nobis semen. quasi sodoma fuisset. z q̄si gomorra similes essem⁹. **Isa. i.** **Et** ad istuz intellectū dicit text⁹ euangelij. **Exijt** q̄ semināt. s. pdicator. **Nota** z vñ exijt. **Responsio.** de studio seu cella. vbi debet esse clausus. studēdo. pensando et ruminādo. pquirēdo semē i granarijs dñi. s. auctoritates. figuras. similitudines et parabolas. **Quoniā** pdicator q̄ vult pdicare fructuose. non debet ire visitando illū vel illū. nec ponere se in negocijs. als non poterit pdicare nisi fabulas. nec facit fructū. immo dicitis vos. **O** iste tam bñ dicit. z male facit. ideo hodie cōuertunt pauci nostrī p-

dicacionib;. **Ecce** quare dicit exijt. s. predicator de studio. seminare semē suū. s. xpi. nō alvenum. s. **Quidij** vel **Virgilij.** nec hominū dānatorum. **Semen** christi est biblia. vetus et nouū testamentuz. hoc est semen quod facit fructum deuotionis. amoris. charitatis. penitentie z saluatōis. **Ideo** dicit xps. **Qui** habet sermonē meum. loquat⁹ sermonē meū vere. quid paleis ad triticū. dicit dñs. **Aliquid** nō verba mea sunt quasi ignis ardens z quasi malle⁹ conterens petram **Diere. xxij.** **Ho.** quid paleis. i. dicta poetarum ad triticū scripture sacre cōmiscendo. licet qñqz raro possit allegari aliqua auctas poetarū ad ppositū **Sed** facere totum sermonē de dictis vel factis poetaruz. hoc est malum. **Apostol⁹** paulus pdicauit. xxxvij. annis. et non legitur allegasse auctoritates poetarum nisi ter. **Ecce** q̄re dicit semen suū. **De** hac dabo vobis vñā concordantiā ad ppositum loquēs de pdicatoribus: dicens. **Eūtes** ibant z flebāt: mittētes semina sua. **Venientes** autē venient cū exultatōe: portātes manipulos suos. ps. cxxv. **Nota** eūtes ibant. quia pdicator: duob; modis debet ire ad pdicandū. s. spūaliter et corporaliter. **Primo** spūaliter crescendo i deuotione. contemplatōne. pdicatione. et feruore spūs. de die in diē. de mēse in mensem. de anno in annū. semp augmētando z meliorādo. **Ideo** dicit. **Eūtes.** s. spūaliter. ibāt. **Secūdo** corporaliter de loco ad locū. de villa ad vilam zc. non stare in vno loco. **Ideo** dicit xps p̄mis pdicantib;. **Eūtes** in mundū vniuersum. pdicate euangelij omni creature. **Bar. vlt.** **Ho.** pdicate euangelij. nō dicit **Quidij.** nec **Virgilij.** **Apostol⁹** assignat rōem dicēs. **Non** erubescō euangelij. virtus cñ dei est i salutem omni credenti. **Rom. i.** **Nota.** et flebant. quia predicator: debet flere rigādo agz seminatū vt faciat fructū. sicut vos facitis d agris irriguis orādo p eis deuote cū lachrymis. **Nota.** mittētes semina sua. s. auctoritates. figuras. similitudines de veteri et nouo testamentis. **Ho.** veniētes. s. ad glām anie in die obit⁹ veniēt. supple ad glām corpis i die iudicij. cū exultatōe. qm̄ sc̄i pdicatores veniunt ad diē iudicij cū magno gaudio z cū magno honore ducētes secum sub bānerio suo omēs illos q̄s auertēt ad xpm̄ cū suis pdicatorib;. **Dicit** **Gre.** i omel. qz tūc veniet **Petr⁹** cū iudea. **Johes** cū asia. **Barthe⁹** cū ethiopia. z sic de alijs sctis aplis et pdicatorib;

Qual' honor ē baronibz. qñ sub bānerio suo hñt plures gētes armoz. idē tūc de sc̄tis p̄dicatozibz. Tūc dicēt illi q̄ fuerūt p̄uersi regnatiōes deoz p̄dicatoz. **O** Petre ⁊ paulē. ego erā infidelis ⁊c. sed p̄pter vias p̄dicatōnes sui p̄uersus. Idē dicēt. b. Dñicoz suis sequacibus. **P**etro. thome. vincētio ⁊ oibz eiusdē ordinis p̄dicatozibz q̄ suis p̄dicatōibz cōuertī fecerint pctōres a v̄ijs pessimis. Ego erā heretic⁹ vel sup̄b. p̄vos fui hūiliat⁹ ⁊c. **S**z no. q̄ de semine p̄dicatōis fuit q̄rtuoꝝ p̄res. **P**rima ps cecidit sec⁹ viam. qm̄ sunt aliq̄ psone q̄ habēt cor ap̄tū ad oēs cogitatōes. q̄ si si cor es serua publica. **E**t qñ tales audiūt p̄bū p̄dicatōis. recipiūt in corde bonū positū bñ v̄i uēdi ⁊ cauēdi de cetero a pctis. **S**ed h̄ semē p̄culcat a demonibz et a trāseūtiō cogitatōibus. rōnibz seu opiniōibz falsis. p̄bi grā. **D**ñ p̄dicatoz seminat. qm̄ vsura est magnū pctm̄ mortale ⁊c. qz est p̄ceptū dei. et p̄tra ordinatiōē ecclie. vsurari⁹ p̄ponit restituere. et abstinerē de cetero. et viuere de bono iusto. **S**ed hoc semē cōculcat a trāseūtiō cogitatōibz p̄ cor dicēs. **B**ñ pones in testamēto. et filius tu⁹ faciet restitutiōz. **O** stulte. et tu fecisti peccatū. et nō sufficit tibi cor facien di restitutiōz quō credis q̄ fili⁹ ⁊c. **I**dē dicē de alia cogitatiōe. **S**i tu vis restituere et abstinere ab v̄iuris de quo viues. de quo tenebis statū. quid dimittes filijs. d̄ quo maritabis filias. **I**do oportet claudere cor ad omnē cogitatōem et rōem in oppositū transeuntē. **I**dē de mulieribus vanis qñ audiunt a p̄dicatozibz quantum pctm̄ est facere illas vanitates et sup̄fluitates. p̄ponūt de cetero abstinere vt saluent. **S**ed h̄ semē statim p̄culcat a demone ⁊ cogitatōibus transeūtiōibz. d. **T**u habes viruz iuuenē. luxuriosum ⁊ nō tu. facias ⁊c. et sic dimittūt bonū positū. **S**ed hec rō est falsa. qz vos nō facitis ista rōne viri. p̄z. qz qñ itra domū estis nō estis or̄nate. s̄z qñ debetis exire domū. nescitis qb̄ ornāmētis vos ornare velitis. **I**ō p̄z q̄ nō p̄ viro. sed p̄ alio facitis illud. **P**ropter hoc dicē x̄ps. **D**einde venit diabolus. et tollit verbū de corde eoz. ne credētes salui fiant. **A**liud cecidit supra petrā. s. duraz et frigidā in deuotiōis. vt sunt psone q̄ nullaz faciunt or̄dem de mane nec de sero. nec faciunt p̄niam. nolūt remittere inimicis. nec facere pacē. **E**cce petra dura sine aliq̄ deuotiōe. **V**el h̄ verbū rāgit dños et rectores p̄munitatū. q̄ cū audiūt verbū p̄dicatōis. dicētes q̄

deberēt facere bonas ordinatiōes. p̄seruatiōe cōitatis. et corrigere pctā notozia. cum gaudio suscipiunt illud. sed natū aruit. quia nō habebat humorē. s. amoris cōitatis. nec timoris dei. idē nihil executat. idē aruit ex timore et misericōdia malaz psoneaz. **S**ed mori p̄ honore dei et reipublice ad b̄titudinē inducit. iuxta p̄bū x̄pi dicēs. **B**ñ q̄ p̄secutōez patiunt p̄pter iusticiā. qm̄ ipsoꝝ ē regnū celozum. **D**at. v. **A**liud cecidit inter spinas. **X**ps et p̄ponit q̄ iste spine sunt sollicitudines auaricie. q̄ nimis pungūt mētes auaroz. quō congregabūt vt dicent. **N**o. quō diuitie acq̄rūt cū labore. possident cū timore. amittūt cū dolore. **I**ste sūt spine q̄ suffocāt p̄bū dei. nō solū i laicis. s̄z etiā i ecclesiasticis faciētibz symonias. **N**ota s̄ defect⁹ q̄ fuit i missis sc̄ti amatoꝝ. aliud cecidit i terrā bonā. s. i corde bono et op̄timo. s. humili et deuoto. **E**t facit fructū cēruplū. seruādo. x. p̄cepta. qz decies decē sunt cētū. et qñ tales trāseūt de h̄ mūdo. ascēdūt vsq̄ ad decimū celū in gloria. **A**d quod ⁊c.

Dominica in quinquagesima.

Sermo primus.

Omnis plebs ut vidit dedit laudē deo. **L**uc. xviij. **T**ria sunt opa dei p̄pter q̄ de⁹ ma x̄ime laudād⁹ ab omnibz nobis. et de his tribus et de quolibet ipsoꝝ loquit̄ thema. **D**is plebs ⁊c. **L**oco et capto vt supra dixi. **E**t hec tria tangunt p̄ ordinē in euāgelio hodierno. sc̄z laudare et benedicere ⁊c. **P**rimū est mundanalis redemptio. **S**ecundū est humanalis p̄uersio. **T**ercium est celestialis saluatio. **D**ico p̄mo q̄ psone mūdane in h̄ mundo debent deū gl̄ficare ratōe humane redemptiōnis quam fecit de humano genere. **E**t bene d̄ redemptio vniuersal' seu mūdanal'is. **N**az oēs vniuersaliter redemit. et p̄ omnibz abundantissime soluit precii. **E**t oēs illi q̄ ista redemptiōe volūt vti. hoc est credēdo ⁊ obediendo possunt saluari. **E**t de ista vniuersali redemptiōe loquit̄ apl's dicēns. **U**n⁹ est mediator dei et hoim. homo x̄ps iesus. qui dedit redemptiōem semetip̄m p̄ oim̄ibz. i ad **T**hīm. iij. **E**t ex isto opere de⁹ est laudandus. b̄ndicendus et gl̄ificād⁹. **N**ā tu vehemēter laudares qui te captū et vinctatū liberaret ⁊ posse infidelium. solues p̄ te ⁊c. ⁊ ratio esset et laudis cōgruentia. **T**ra est de dño **I**esu christo.

Dominica in quinquagesima

